



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313765>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

905929

11.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,**

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JOHAN ERNST VAN LÖBEN SELS,**  
*Zutphaniæ Natus.*

A. D. XXV. M. OCTOBRIS ANNI MDCCCLIV, HORA II.

---

TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD POST UITERWEER & COMP.

MDCCCLIV.

---

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN & DUMONT.

## T H E S E S.

---

### I.

Jus vindicandi caduca patribus per constitutionem Antonini Caracallae (*ULPIANUS* in tit. XVII. § 2) adem-  
tum est.

### II.

L. 21. § 4. D. cum L. 41. D. de actionibus empti  
et venditi conciliari potest

## III.

Non facio cum ANTONINO FABRO II. 25. Cod. Fab. putante: jus abstinendi suum heredem non nisi ad suos heredes transmittere.

## IV.

Inter L. 9. § 5. D. de heredibus instituendis et L. 8. Cod. de institutionibus et substitutionibus, nulla antinomia est.

## V.

Pactum de retro-vendendo saepius a partibus renovari potest, ita ut ad novum continuo quinquennium valeat.

## VI.

Jus testamento dandi tutorem etiam liberis natura-

libus legitime agnitis superstiti parentum competere existimo.

## VII.

Thesaurus inventus fit emphyteutae.

## VIII.

Si quis conjugum peregrina in regione condemnatus est ob crimen illic commisum, sed ob quod etiam in hac regione ad poenam infamantem condemnandus fuisset, ex hac condemnatione judex Nederlandicus divortium pronuntiare potest.

## IX.

Contractus, quem ineunt navis exercitor et magister, potius mandatum quam locatio operarum dicendus est.

## X.

Quisque liberorum in totum tenetur ad alimenta  
praestanda ex art. 376 C. G.

## XI.

Navis in assecuratorem cessio, quae vulgo *abandon-*  
*nement* vocatur, etiam irrevocabilis habenda est a parte  
assecurati.

## XII.

Non adsentior iis, qui putent pactum, quod dicitur  
*del credere*, esse constitutum debiti alieni.

## XIII.

Curatores etiam mercedem poscant, licet accordium  
quod dicitur sit homologatum.

## XIV.

Poena exsilio improbanda mihi videtur.

## XV.

Neque officialibus rei tabellariae nec judici delegato ad causas criminales competit jus aperiendi aut retinendi in postis epistolas ad reum missas vel ab eo scriptas.

## XVI.

Poena mortis abroganda est.

## XVII.

Novissima lege fundamentali jus gratiae recte servatum est.

1905933

40

XVIII.

Gildarum instauratio industriae nostrae valde noceret.

XIX.

Publicae expositiones magis bonum quam malum effectum habuerunt.

XX.

Recte RICARDO (Principes d'économie politique, ch. V): *Aucun plan pour secourir les pauvres ne mérite attention, s'il ne tend à mettre les pauvres en état de se passer de secours.*

---